

Sermo

Johannes baptista dicebat. Veniet fortior me post me cui non sum dignus corrigia calciamenti solucere. Sed quomodo quomodo venit qui ubique existit. nam venire est se de loco ad locum transferre. Sed qui est ubique non potest hoc facere. quia non potest locum mutare nec de loco ad locum transferre. ac christus ubique secundum quod deus erat. Quomodo ergo veniebat. et minor ex hoc manifesta est quia deus est quo maius cogitari non potest sed si ubique non esset maius eo aliquid cogitari posset. ubique igitur deus est. Non est etiam quod hoc neget. quod deus per potentiam ubique est. quia si ubique non posset. non utique deus esset. sed dei potentia omnino idem quod divina essentia est. quia deus est quidquid habet eo quod non compositus sed simplicissimus est. Sed per potentiam ubique dicitur quia si ubique non posset non utique deus esset. sed dei potentia omnino idem quod divina essentia est. quia deus est et per essentiam ubique esse necesse est. quia si aliter esset eadem res omnino simplex simul et semel ubique esset et non esset quod est impossibile. unde Lactantius quod deus ubique est scimus. quomodo autem sit intellectu non capimus. Sed sciendum quod tanta fuit unio dei ad hominem et hominis ad deum. ut quidquid potest dici de uno convenienter dicatur de reliquo. unde et deus fuisse mortuum et hominem illum mundum creasse predicamus. Unde ergo dicimus quod deus ad nos venit. non intelligimus quod deus locum mutaverit sed quod homo mutatus est quem assumpsit dum in eo mundo visibilis apparuit.

Secundo ipse adventus est acceptabilis et venerabilis ratione humanitatis assumptae nam ipse est qui dicitur zacharia. ii. Lauda et leta re filia syon. ecce venio et habitabo in medio tui. In medio enim dei habitavit quoniam nostram naturam assumpsit per quam in medio nostri stetit. Ipse enim operatus est salutem in medio terre. Quod quia venerabile quia amabile quia acceptabile videre deum habuimus verbum caro factum. gloriosum sic ob spectum. sublimem exinanitum. potentissimum

infirmatum. pulcherrimum. deformatum et immensum abbreviatum. Quanta enim acceptatione est dignum. quanta affectio cordis est venerandum si stricta mentis attentio preteratur. quod rex ille infinitus vultu tam puellae includit gremio baulat. et portans omnia manu portat et qui amplitudine celi non capitur stricto proserpio continetur Logitasta ista aia christiana et tempore tibi in memoria christi cuna. stricta fasciola. et spelunca ubi peperit. ergo pia. et bis accensa spiritus desiderio dicas cum beato Berno. Desidero te miles mi Jesu quoniam venies quoniam me letum facies ut tuo vultu facies et Augustinus in confessione. Quis mihi det diem ut ventas in cor meum et inebrius illud ut obliviscar omnia mala mea. et unum bonum meum amplectar te. unde aia sic amore languida. propter dilecti absentiam hunc adventum petebat. Lactantius. viii. dum dicebat. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris mee ut inveniama te foris et osculer te et iam me nemo despiciat. Nota verbum dulcissimum omni suavitate plenum si fuerit medullit degustatum.

Tercio christi adventus nobis est mirabilis ratione humilitatis perfecte. nam si humilitas virtus est per quam homo contemptibilis et vilis apparet. certum est quod summa humilitas fuit quoniam rex ille summus sic vilis apparuit quod tanquam leprosus reputatus fuit. Isa. liii. Et nos reputavimus eum tanquam leprosum et passum a deo et humiliatum. unde nec reputavimus eum et de hoc adventu dicitur Matthei. xx. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Quis vilis exprimat verbis quanta hec humilitas fuit. unde ad hanc imitandam nos incitat cum dicit Matthei. xi. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Quarto adventus christi fuit desiderabilis ratione utilitatis omnimode. Quis enim utilitatem adventus nostri regis vllis verbis exprimere digne posset nam per eius adventum sumus illuminati. sumus a peccato nexibus absoluti. sumus a tartaro liberati. sumus gratie restituti. celi sunt